rioſum ducēs ex homūculo robuſtiſſimū gigantē fieri, nō quēcū/
q3 ex eis, ſʒ Typhona ipm̄ exhibere nitit̄. Nam quēadmodū ille, q̄
fratres a Joue fulminatos vlciſceret̄, ipm̄ ꝓuocare Jouē auſus ē
ad certamē. Sic ⁊ iſte Joānē ⁊ Hieronymū Huſſitas, alioſq3 fra/
tres ſuos hereticos a terreno deo Pont. maxīo ꝯburi iuſſos ipati
entiſſime ferēs, eidē ſummę poteſtati bellū inferre nō timet, ſilem
oī dubio ꝓcul exitū habiturꝰ. Indignatꝰ ſane Juppiter Typhona
itidē fulmine ꝑcutiet ⁊ vaſtas magnę inſulę moles ſupra imponet
quū Luteꝝ pontificis max. auctoritas, a tergo, a fronte, a lateribꝫ
tenebit, ardēſq3 iuſticię mucro in Martini pulmonibꝫ, ac viſceri/
bus adherebit, ⁊ ęterni dedecoris ponderibꝫ obruet. Attēdite autē
q̄3 ſtulte ⁊ furioſe vt gigas exultet ad hāc viā prauitatis currendā3
et vt vere ab imo tartaro egreſſio eiꝰ, ⁊ vſq3 ad ſummū cœlū ꝯcur
ſatio illiꝰ, quo (ſi poſſit) nullꝰ ab hꝫ ipietatꝫ calore ſe abſcōdat. Pe/
trꝰ (inq̄t) apl's, aut Romanꝰ Ponti. vniuerſal' eccl'ię caput nō fuit
nec eſt, neq3 iure diuino ꝑmatū hūc obtinet, imo ſacerdotes oēs il
li ſunt æq̄les, neq3 Romana eccl'ia vnq̄3 fuit, nec eſt, nec erit vnq̄3
ſup oēs eccl'ias. Nō em̄ fuit vnq̄3 ſup Grecię, Aphricę, aut Aſię ec/
cleſias, nec eoꝝ epōs ꝯfirmauit. Hęc furentis Martini ꝟba, nōne
imanē quēdā Typhona, aut alterū potiꝰ Nembrotū ante oculos
veſtros ſtatuūt q̇ turrim Babel iterū edificare conet̄. nō vt oīm tā/
dē linguas, ſʒ vt oīm religionē, pietatē, ordines, rituſq3 ꝯfundat:
Sed ne illū fortaſſe acrimonia q̄dam ⁊ excellentia ingenij hec inue
niſſe credatis, ſcitote iſtū nō niſi ex hereticoꝝ dānatis ꝯmētarijs ſa
pere, Joānis Uuicleffi, Joānis Hus, Marſilij paduani, Joānis
Lādunēſis, ⁊ alioꝝ, q̄s (vt ſtultꝰ ⁊ furēs) ipios ⁊ ſceleratos imita/
ri maluit, q̄3 pientiſſimos viros atq3 ſctīſſimos. At q̇bꝫ argumētꝫ,
q3 validis rōnibꝫ errores antiq̄s tutat̄: Nouis ne ⁊ inauditis ⁊ ſal
tē ingenioſis tāetſi falſis: Minime. Neq3 em̄ Luterꝰ quē multi tā
doctū, tāq3 acutū dictitāt illiꝰ eſt ingenij aut ſolertię, veꝝ antiq̄s,
rancidis, ⁊ carioſis tm̄ ſophiſmatibꝫ, vt ſi eruditiſſimos auctores
q̇ de pōtificis ⁊ eccl'ię ptāte ſcripſerūt atq3 inter alios loco ꝑncipis
cardinalē Turrecrematēſem legeritis, oēs iſtos locos inuenietꝫ an
tractatos grauiterq3 ⁊ copioſe, q̇ veritatꝫ erāt, ꝓbata, ſtabilita at/
q3 firmata, ꝯtra, q̇ ꝓ falſitate pugnare videbāt̄, infirmata oīa, di/
ruta oīa, euerſa oīa. Sʒ belua hęc atq3 portētū deuicta iā3 ⁊ pfligata
arma reaſſumēs, additis q̇buſdā ſtultiſſimis, inſanię ſuę coloribꝫ ſe

effectitū credidit, vt ſi nō oēs, ſaltē indoctū vulgus admiraretur
ſuſpiceret, ⁊ inuincibiles eſſe ipſius machinas arbitraretur. Si p̄
ſens meū inſtitutū pateretur, notarē ſingillatim capita, argumē
ta, reſponſiones, atqꝫ oēs tandem partes minutiſſimas, quo tan/
dem videretis glorioſum iſtū virū, nihil noui, nihil acuti, nihil
ſui, preter ſtultitias atqꝫ furores ſcripſiſſe, atqꝫ eo deſipuiſſe vt ſo/
lum falſa colligeret, vera ⁊ ſancta oīa pretermitteret. Quo fit vt
illud quo ornari maxīe cupit hereſiarche nomen, nullo illi pacto
conueniat, ſed rudis ⁊ vilis heretici, qui neqꝫ ſuperiorib⁹ aliqd ad
dere potuit, neqꝫ ſolutas iam a catholicis viris eorū falſas ratio/
nes aliqua potuit veriſimilitudine ꝯfirmare. Eas ob res ne acta
agere videar, paucis ego reſpondebo, quū ſatis multa apud ido/
neos illos ⁊ optimos authores ⁊ iam (credo) legiſtis, ⁊ legere po
teſtis. Grecoꝝ autē magis ⁊ illoꝝ teſtimonijs vtar, quos nunquā
Romano pontifici ſubiectos fuiſſe tam audacter Luterus men/
titur, vt pater ipſe mendacij nō poſſet audacius. Loquar vero eo
rum quos adducam verbis potius qꝫ meis, ne ſenſum aliqd paſ/
ſum fuiſſe calūnietur. Primū ſane Chryſoſtomus illud Serua/
toris ad petrū exponēs, paſce oues meas id eſt loco mei (ait) pre Chriſoſt.
poſitus ⁊ caput eſto fratrū tuoꝝ vt ipſi te in loco mei aſſumentes
vbiqꝫ terrarū te in throno tuo ſedente predicēt ⁊ confirment. Idē
ſuper actis apl'oꝝ. Petrus apoſtolus a filio ſuper oēs qui filij ſunt
poteſtatem accepit, nō vt Moſes in gente vna, ſed in vniuerſo or
be. Et ſuper Joānem. Jacobū localiter in loco terminat, Petrū
aūt totius orbis ordinat magiſtrū ⁊ doctorē Idemqꝫ reſponſum
illud Petri ad Jeſum tractans. Tu es filius Dei viui, dixit. De
plebis opinione interrogat oēs, ſed oībus diſcipulis interrogātꝫ
Petrus tanqꝫ os apl'oꝝ ⁊ caput p oībus reſpōdet. Audite etiam
Cyrillum Patriarcham alexandrinū in libro Theſauroꝝ. Itaqꝫ Cyrill⁹.
fratres mei ſic Chriſtū imitemur, vt ipſius oues vocem eius au/
diamus, manētes in eccl'ia Petri nō inflemur vento ſuperbie, ne
forte tortuoſus ſerpens propter noſtram contentionē nos eijciat
vt Euam olim de paradiſo. Ille itidem. Ut mēbra maneam⁹ in
capite noſtro apl'ico Throno Romanoꝝ pontificū (audi audi et
attende Martine) a quo noſtrū eſt querere, quid credere, quid te
nere debeamus, ipſum venerantes, ipſum rogantes pre omnib⁹
qm̄ ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere,
ſoluere ⁊ loco illius ligare, qui ipſum edificauit, ⁊ nulli alij quod
ſuū eſt plenū, ſed ipſi ſoli dedit, Cui oēs iure diuino caput incli/
nant, ⁊ primates mūdi tanqꝫ ipſi dn̄o Jeſu Chriſto obediūt. Ita
vero Theophilus. Per hoc quod dn̄s ait Petro ſequere me, cunc Theophil.
torū fidelium prelatū eum inſtituit. Adducam ⁊ Auguſtinum qm̄ Auguſtin⁹

Aphrican⁹ ep̄s fuit, q̄ in libro queſtionū noui τ veteris teſtamen-
ti ſic ſcripſit. Saluator quū pro ſe τ Petro dari iubet didragma
ꝓ oībus ſoluiſſe videtur, quia ſicut in Saluatore erāt oēs cauſæ
magiſterij, ita τ poſt ſaluatorē in Petro oēs cōtinētur. Ipſum .n.
conſtituit caput eoꝝ vt paſtor eſſet gregis Dominici. Et ad oēs
Romanos pontifices authoritatem ac dignitatem hanc deſcen-
Ignatius dere nemo dubitet, Ignatius patriarcha Conſtantinopolitanus
hunc in modū ſcribebat. Solus τ ex toto magiſter oīm Deus di-
cit Petro magno τ ſummo apoſtoloꝝ. Tu es Petrus τ ſuper hāc
petrā ędificabo eccl'iam meā. Et iterū tibi dabo claues regni cę-
lorū τ quæ ſequūtur. Tales .n. beatas voces nō ſm̄ quandā vtiq̧
ſortem, Apl'oꝝ principi Petro ſolū circūſcripſit τ diffiniuit, ſed
per eū τ ad oēs qui poſt illū efficiendi erant ſummi paſtores ac di-
uiniſſimi, ſacriq̧ pontifices ſenioris Romæ tranſmittit. Occide-
les nō minus a maximo per Epiſtolam ita edocti ſunt. Omnes
Maximus. fines orbis terrę qui dn̄m ſincere receperūt τ vbiq̧ terrarū catho-
lici veram fidē cōfitentes in poteſtatem Romanoꝝ pontificū tā-
q̧ in Solem reſpiciunt τ ex ipſo lumine, catholicę τ Apoſtolicæ
fidei reſpiciunt veritatem. Quoniā vero legim⁹ Atlantes illos
ſolos oīm hoīm inominatos, ꝙ ſingulis eoꝝ nullū nomē iponat,
aſcendentē Solē execrari, eiq̧ pręterea oīa cōuicia ingerere, ꝙ tor-
ridus τ ipſos τ regionē ꝑdat, nō ſecus de Lutero cogitare debetis
qui Solem pontificię maieſtatis, ſupra oīm verticem eleuatum
dolens, ꝙ radiatus τ candens malā hereticoꝝ terrā cōburat, a q̄
tn̄ bona credentiū fœcundatur τ germinat, magnūq̧ τ ꝑſpicuū
totius eccl'iæ Mare collucens albeſcit τ vibrat, eas nationes pō-
tifici Romano ſubiectas negat, quarū vos oratores audiſtis τ no-
lente Martino in deditionem ſponte veniſſe. Quid narrem his
proximis annis duos ex Armenia electos ep̄os Romā veniſſe vt
ab hoc apl'ico τ primo throno in ſua ſede ſtabiliri poſſent atq̧ fir-
mari? Nouerāt ſiquidē qđ Martinus ſcire non curat Joannem
grecoꝝ imperatorem atq̧ eoꝝ patriarcham Cōſtantinopolitanū
Chriſtianę religionis amore, pericula τ labores oēs paruifeciſſe
dū in Italiā, Florentiā vſq̧ ſe cōferrent, vt orientalis eccl'ia de ſpi-
ritusſancti ꝓceſſione ac Romani pontificis Principatu in gene-
rali Cōcilio ſedente Eugenio quarto Pont. Max. doceretur, ibi-
q̧ tandem poſt multas diſputatiōes, Græcos. Armenos. Æthi-
opes, Indos τ Syriacos in eandem Catholicam ſententiā tran-
ſiuiſſe, vt cū occidentalibus, τ ſpiritūſanctū a patre τ filio ꝓcede-
re, τ Ro. pontificem in Petro apoſtolo Chriſtianoꝝ oīm caput τ
principem a chriſto Deo noſtro cōſtitutum, faterentur. Iſti ergo
alienigenæ qui veritatem cognouerant, ſtabunt in iudicio cōtra
Luterum τ pernitioſiſſimi eum mendacij accuſabunt ꝙ ea nega-

uerit, quæ non modo loquentes libri, verū ꝛ mute illæ fores ꝯneꝗ
ꝑdicant, quę Romę ad Primariā Diui Petri Apl'i portam poſi
tæ, glorioſiſſimā iſtam ꝛ pientiſſimā redintegratæ Chriſti tunicę
hiſtoriā cōtinent. Nō adducam decreta alia legeſꝗ multas atqꝫ
Sanctiſſimos Patres latinos, Gregorium, Hieronymū, Ber
nardū, alioſqꝫ cōplures, ſed his contentus ero quibus pateſacta
eſt Martini improbitas, audacia ꝛ furor, quibus ꝓbatū eſt a Pe
tro apl'o ꝛ Romanę eccl'ię pōtifice, q̄ iure diuino Chriſtianorum
omniū princeps fuit, in preſentia eſt, ꝛ omnib⁹ futuris ſęculis erit
Grecię, Aphricę, Aſię Eccleſias, tanqꝫ membra a capite, ſpirita
lis vitæ defluxum hauſiſſe. Hic videte in quos laqueos ſe Luter⁹
induxerit ex quibus ſe nunqꝫ expediret Hereticus (inquit) tum
demū ero, quando his q̄ Eccleſia ſtatuerit nō fuero aſſenſus. Sed
non modo preceptricis Eccleſię decretis non aſſentitur, verū ꝛ te
merarie repugnat atqꝫ omnibus abrogat fidem. Heretic⁹ igit̄ eſt
Martinus. Quare illis ſuccenſere deſinat q̄ tali eū noīe appellāt
quū ſuo ipſe iudicio ita cenſuerit. Qđ ſi cōtendat aliq̄s eū iccirco
peccare nō poſſe, ꝙ mente capt⁹ ſit atqꝫ illa quę ſcribit nō intelli
gat, tūc videatis qualis iſte vir ſit, qꝫ excellēs, qꝫ doct⁹, qꝫ glorio
ſus, q̄ neqꝫ ab amicis aliter poteſt a laqueis hereſeos liberari niſi
ad cathenas demētie ꝓtrahat̄. O itaqꝫ ad publicā vtilitatē cōſer
uādū hoīem. O ſingularis doctrinę dec⁹ ꝛ excellētiā. Prouidete
ꝓuidete viri Germani ne (vt Paul⁹ admonuit) ſeducat vos iſte, Ad Colloſ.
ābulās fruſtra inflat⁹ ſenſu carnis ſuę, ꝛ nō tenēs caput ex q̄ totū
corp⁹ ꝑ nexus ꝛ ꝯiūctiōes ſumminiſtratū ꝛ ꝯſtructū creſcit ī aug
mētū. Nā qm̄ a charitate de corde puro ꝛ cōſciētia bona ꝛ fide nō
ficta Martin⁹ aberrauit, ꝯuerſus eſt in vaniloquiū, volēs eſſe le
gis doctor nō ītelligēs neqꝫ q̄ loq̄t̄, neqꝫ de q̄b⁹ affirmat. Neqꝫ. Primæ ad
n. ꝑſperit plane q̄d diceret quū Romanū pontificē vniuerſalē ap Timoth.
pellādū nō eſſe ꝯcēderet, qꝫqꝫ tū ꝑꝑ modeſtiā, tū ꝙ ſingulas eccle
ſias tāqꝫ ſpecialis paſtor ſolus ipſe nō regat id aliqn̄ ꝓhiberi lega
m⁹. Nā ꝗo ſenſu diu⁹ Xyſt⁹ ſe vniuerſalē eccl'ie apl'icę epm̄ ſcribe
bat. Sic btūs victor ſe romanę ac vl'is eccl'ie epm̄ noīabat. Sic
ſctūs Eleutheri⁹ vl'em ſibi eccl'iā a chriſto ꝯmiſſā teſtabat̄. ſic no
biliſſimū illud ꝯciliū Calcedonēſe q̄ngētoꝝ ac trigīta epoꝝ qđ æq̄
ac euāgeliū ſuſcipere ꝛ venerari debem⁹, btīſſimo Leoni papę, vna
mēte atqꝫ voce ꝯclamauit. Leo ſctīſſim⁹ apl'ic⁹ ꝛ Oecumenic⁹. i.
vniuerſalis, Patriarcha ꝑ multos annos viuat. Nec ad eā labar
opinionē vt Martinū credā theodoſianū aut Gaionitā effectū q̄
huic celeberrimę Synodo obſiſtat, qn̄ illi ſit ſatꝫ Uuicleffeū ꝛ huſ
ſitā eſſe, atqꝫ ideo Cōſtātiēſe ꝯſiliū alta mēte repoſitū tenere, in q̄
themiſteos dicit obtinuiſſe tyrānidē, qꝛ Huſſitani cū ſuꝫ erroꝛib⁹

ibi condemnati ſunt ⁊ combuſti. Nullam equidem aliam ob cau
ſam credo ego Martinū ita ordini pꝛedicatorio infenſum eſſe, ni
ſi ꝙ imortale illud odiū adhuc in eo viuit, quo ꝑmoti olim Huſſi
tę, apud Slatouiā pꝛedicatoꝝ Cœnobiū euerterunt, domūq; ⁊ pa
rietes ad vſq; fundamenta demoliti ſunt Nollem tn̄ eapꝛopter ſu
ſpicaretur quiſpiā inter pꝛedicatoꝝ ⁊ Heremitarū ordines ſimul
tatem aliquam aut diſcordiam eſſe, quos ego magna amoris con
ſpiratione conſentiētes noui, quippe qui eundem patrem Augu
ſtinū habeant, atq; Aegidius romanus diui Thomę diſcipulus
ei⁹ defenſiones ediderit. Quę vero mihi cū doctiſſimis ⁊ ampliſ
ſimis huius ordinis heremitani Viris neceſſitudo ſit ⁊ familia
ritas in pꝛæſentia tacebo ne cū mea laude dicatur. Unū hoc ſolū
obſeruantiam erga illū ordinē meam oſtēdere poterit, ꝙ nihil ma
g⁹s ab hac cauſa ſuſcipienda me deterrebat (Deus ipſe ſit teſtis)
q; ne amicitię iura ī aliquo violare iudicarer. Uerūenimuero vnū
fuit qđ oppido refecit ⁊ recreauit mentem meam, quū Martinū
perſperi non heremitam, ſed Huſſitam, non Auguſtinianum, ſed
Uicleffeum qq; ideo non ordini mihi amiciſſimo, ſed ſceleratæ
porticus viro nota oīs eſſet inurēda. Audiui equidem iſtū, in il
lius etiā erroris vicinitate verſari ꝙ oēs qui mēdicantiū ordinū
fratres dicūtur hereticos eſſe cenſeat, qm libertate Chꝛiſtiana ſe
pꝛiuant, quā eouſq; ipſe diligit atq; defenſitat, vt neq; pontifici
Maximo obedire curet vt liber ſit. Nondū vero hoc peruulga
re voluit opportunū illud tempus quod ipſe deſiderat expectans
interim oēs rationes ⁊ oīa argumenta quęritat, vt q; maxime et
quodam ſingulari dedecore, Pꝛedicatores, Thomiſtcos, Here
ticę prauitatis inquiſitores, hac macula ⁊ criminoſo nomine in
quinet, quos in pꝛęſentia furoꝛib⁹ ⁊ irriſionibus inſectatur. Qđ
ꝑfecto q; iuſte q; moderate, ⁊ q; religioſe faciat vos (credo) bene
ꝑpendatis. Neq;.n. ego qui pꝛo vobis ⁊ pꝛo eccl'ia dico, ꝓ ordine
meo vehementer aliquid aut irate loquar. Germanus equidem
ſum ⁊ ob ingeneratam benignitatem pinguiori ago Minerua,
nec ad viuū reſeco ne forte ob ſeuitiam ⁊ acriores aculeos me nō
eſſe Germanū Luterus argumentetur, tametſi familię cognomen
tum, inſignia, ⁊ cęſari Maximiliano nuncupatim dedicata a me
Calipſychia (opuſculū quod ſatis adoleſcens edidi) hoc ſatis ꝓ
bent. Nam etſi vt pꝛimū per ętatem licuit ad excitandos mentis
igniculos aliquid ſcribere ſum conatus, in quo plus inuentioni
q; elocutioni dederim, nunq; tn̄ his nouitatibus delectatus aut
viſus ſum q̄ a maioꝝ doctrina aīum auocarent. Horum nāq; illu
ſtriū viroꝝ ſapientia tanta mihi videt̄ fuiſſe, vt ſatis ſuperq; eru
diti ſint qui ſcientię illoꝝ non dicam addere, ſed eam cognitione

aſſequi potuerũt, Luterus tñ q̃ñ ad oſtentandũ ingeniũ ſuũ non
ſatis amplũ ſe habere campũ iudicauit, antiquos terminos q̃s pa Deutero. xix.
tres noſtri poſuerũt trãſtulit, vt nõ mõ legis Numæ Pompilij q̃ Prouer. xx.
ſtatutũ eſt, ſi q̃s terminũ exaraſſet ⁊ ipm ⁊ boues ſacros eẽ, trãſgreſ
ſor fieret, verum ⁊ diuini p̃cepti ↄtemptor eſſ;, atq; ita execrãdus
has quas nũc videtis grauiſſimas pœnas violate religioni, furo
re atq; inſania pẽderet. Aſſerere nãq; ſacerdotes minores iure diui
no æq̃les epis ⁊ iſtos Pontifi. maxi. q̃d eſt aliud q̃ʒ furere? Nõne
ſic patribꝰ omnẽ honorẽ eripit i̾probiſſimꝰ? Nõne ſic oĩa ĩfima
ſummis paria facit p̃nitioſiſſimꝰ? Nõne ſic oĩa miſcet, turbat atq;
ↄfundit ſeditioſiſſimꝰ? Et q̃d (rogo) eſt ĩſanire, niſi improbũ eẽ, p/
nicioſũ eẽ, ſeditioſũ eẽ, nõ ↄgñſcere hoĩes, nõ ↄgñſcere leges, nõ ipm
deũ? Quo nãq; ſtabit eccl'ie decor ⁊ pulchritudo, que in ipa ordinũ
varietate cõſiſtit? Regina eñ hec veſtibꝰ aureis ornata exinde vere Pſal. xliiij.
tota ⁊ plene formoſa eſt. q̊ varietatibꝰ circundat̃. Neq; aliter vnq̃ʒ Exodi. v.
ad illiꝰ triũphantis eccl'ie exẽplar qd̓ Moſi in monte monſtratũ Canti. viij.
eſt, noſtra hec militans vt caſtroꝝ acies ordinata cenſeretur, neq;
pulchra vt luna candore argenteo inter tot inequaliũ ſyderũ lumi
na radiaret, niſi diuerſoꝝ ordinũ diſtinctõe ſplendeſceret. Hinc Di Dionyſius
onyſius Ariopagita q̃ a Paulo ſecretiſſima illa dei archana cogno
uit, Hierarchiã hãc noſtrã, diaconoꝝ q̃dem purgãtiũ, p̄ſbyterorũ
illuminãtiũ, atq; p̄ficientiũ epoꝝ ſancte diſpoſitã aſſerit, vt ſanctẽ
et cœleſtibꝰ ſupnarũ mentiũ hierarchijs ↄformis ſit, in q̃bꝰ diuina
rũ illuminationũ defluxus a ſuperioribꝰ ad inferiores ordinatiſſi/ Tertij Reg. x.
me deuehũtur. Hinc nicaula Saboꝝ ⁊ Aethiopię regina q̃ ab ex/
tremo orbe in iudeã ad audiendã Solomonis ſapiẽtiã p̄fecta eſt.
quũ domũ illiꝰ quã edificauerat, ⁊ habitacula ſeruoꝝ, ⁊ ordines mi
niſtrãtiũ vidiſſet, vltra ſpũm nõ habebat, in q̃bꝰ ⁊ nobis eccl'iaſticum
monſtrari ordinẽ q̃ varijs Epoꝝ ⁊ p̄ſbyteroꝝ ſedibꝰ habet̃ patres
eruditiſſimi docuere. Sʒ q̃d multis moror? Auguſtinꝰ in libro de Auguſtinus
hereſibꝰ, teſtis ẽ Arrianos inter alia heretica dogmata, hoc etiã inue
xiſſe, vt p̄ſbyteri nulla ab epo differentia ſeiũgi debere contenderent
Quare igit̃ Martinꝰ Niceni Cõcilij decretis q̃ ipe inſcienter ad/
ducit, obedire ↄtẽnit, ⁊ ſceleratiſſimi Arrij dãnatas iaʒ opiniones
amplectit̃? Quare ad imitandũ prauiſſima ſibi q̃q; p̄ponit? Qua
re iam exploſos ⁊ ↄdẽnatos errores ſequens, nõ vult hereticꝰ ap/
pellari? Quia ſanus nõ eſt neq; mentis ↄpos. Nã ſi mentis eſſ; ſue
noſcet nõ oportere iterũ nouis illos obſtringi ſententijs, q̃ iã dam
nati dogmatis ſectatores exiſtũt, nec pati ſanctã ſynodũ ad noua xxiiij. q. j. c.
vlteriꝰ tales venire ↄcilia. Vocauit leges ipę vobis oſtendẽt. Re/ Achatius. c.
cita leges. LEGES. Ex his videtote Luterum non eſſe mentis Maiores
compotem, qui vt glorioſo heretici nomine ornet̃, ſanctõnes eccl'ie

nouas expectat, quū tñ ab hereticoꝝ quos imitat᷑ perfidia ⁊ erro/
ribus, honorifice ſatis appellatus ſit atq; depictus. Quam ꝟo ob
cauſam ꝓteſtet᷑ determinatõi eccl'ie ſtare ſe velle, ne dicat᷑ hereticus,
ſtatimq; eccl'ie decreta nihilipendat, vt vere ſit ⁊ habeat᷑ heretic⁹ vi/
dere non poſſum, niſi ꝓ ſua inſania a ſeipſo diſſidere gaudeat, atq;
vt iſtud nõ Anaxagoreū, ſ; Luterianū chaos, innumerabilib⁹ in/
ſulſitatib⁹ ac turpiſſimarū ſecum diſcordiaꝝ infinitõe, legẽtib⁹ ver
tiginẽ ⁊ nauſeã faceret. Nã amatorẽ ſe anguli predicat, nõ q̃dẽ illi⁹
recti quem Geometre ab illa effici linea docent que nuſq; a rectitu/
dine deflectat᷑, ſ; illius plane obliqui ⁊ aberrantis, illius obtuſi aut
acuti, in q̃ liberius atq; ſolutius meditat᷑ dolos, ac tota die iniuſti/
Pſalmo. li. ciã cogitat, ⁊ ſicut nouacula acuta facit dolū, diligitq; oĩa verba p̃/
cipitatõis lingua doloſa. Quid eñ angulū aliter intelligam⁹, quũ
iſte in publicū venire ſupra omnẽ humanuꝫ modum gaudeat, atq;
tum demū in apertiſſima luce verſari, quando mutuatus veſtes ab
illis quoꝝ iudicio ⁊ auctoritati plus cedit q̃ ſanctis doctorib⁹ et
Ad Ro. xi. eccleſie, non dominū Jeſum vt os tube Paulus hortatur, ſed ſi/
mie purpuram vt os lampadis expoliuerit. Naꝫ Philippo Me/
lanchthoni gratias agat Luterus ꝙ ſua ſcripta nõnihil ſupra illã
eleuari videntur balbiloquentiã quam ipſe alijs impudẽtiſſime ob/
ijcit. Hoc eñ multorū fama ⁊ ſtilus ip̃e teſtatur, ab illo homĩe mu/
tuari Martinū vt paulo in ſcribendo videat᷑ eſſe diſertior. Unde
apertiſſime licet agnoſcere iſtum amatorem anguli, gloriam arden/
tiſſime ⁊ auidiſſime ↄſectari, atq; illam in oĩb⁹ angulis nõ fuge/
re, ſed emendicare, ne ab heretici diffinitõne excluſus videat᷑, q̃ ſic ab
Aug⁹. Auguſtino tradita eſt. Hereticus eſt, q̃ alicuius temporalis ↄmo/
di ⁊ maxime vane glorie, principatuſq; ſui gratia, falſas ac nouas
opiniones vel gignit vel ſeq̃tur. Que eñ cauſa, que rõ hec ſcribẽdi
atq; ponendi os in celū? An forte vt ſic ingratiſſimus de auctori/
tate ap̃lica bene mereret᷑, cuius munere magiſterij titulo ornat⁹ eſt?
Sed p̄dicatores indulgẽtiaꝝ vrgebãt, errabant, furabãtur. Eſto.
Quid Martini intererat? ip̃e rñdeat. Meū, inq̃t eſſe nõ videbam
in his q̃cq; ſtatuere aut facere. Cur ergo aliq̃d imo ⁊ nimiū feciſti?
Cur inanis glorie cupiditate leges fixiſti atq; refixiſti? Ac deniq; ſi
te illoꝝ hominū auaritia ↄmouebat, cur te ab illis reprehẽdendis,
ad labefactanda fidei catholice fundamenta, oĩb⁹ ſanctis legib⁹
ꝑturbãdis ↄtuliſti? Uides ne q̃ntã hic tecū habeas ↄtentõeꝫ? Ueꝝ
enĩuero ſtulte nimis egiſti q̃ poſthabito ſeruatoris ↄſilio dū hanc
Luce. xiiij. tã excelſam turrim edificare ↄtẽdis, nõ cogitaſti ſũptus de ip̃ẽſis tecũ
an q̃ ad ꝑficiẽdū forẽt neceſſarie ſuppetere poſſent. Quo ꝑfecto fiet vt
illudẽtes tibi oẽs dicãt. Hic hõ cepit edificare ⁊ ↄſumare nõ po/
Eſaie. xiiij. tuit. Et q̃ñ in celū (vt putabas) ↄſcẽdere nõ poteris, imo ad infer/

nū detraheris, in ꝓfunduꝫ lac⁹, q̄ te viderint ad te inclinabūt, teqꝫ
ꝓſpiciēt Nūqd iſte eſt vir q̄ ↄturbauit terrā? Neqꝫ eñ fruſtra Pau- Ad Gal. v.
lus optat, vt q̄ fideles ↄturbāt abſcindāt. ꝛ q̄ vos ↄturbat (inq̄t)
portabit iudiciū q̄cūqꝫ eſt ille. Ah ſctiſſime Paule tu⁹ ille Marti-
nus q̄ hāc eādē tuā ad Galathas epl'am nūc tā belle expoſuit? Vi-
deor mihi videre mō viri Germani Paulū iratuꝫ ꝛ ſtringentē enſeꝫ
ꝯ eū Luter⁹ Petro equalē fingat, atqꝫ ideo nō niſi a Petro eccl'iæ
capite ſciſcitātē an Martin⁹ in hac ꝛ alijs eius epl'is veritatē aſſe-
cutus ſit, Petꝝ ꝟo chriſtianos oēs hūc in modū ↄmonentē. Cha-
riſſim⁹ frater noſter Paulus ſm̄ datā ſibi ſapientiā ſcripſit vobis 2ᵉ. Petri iij.
ſic ī omīb⁹ epl'is, loquēs in eis de his in quib⁹ ſunt q̄dā difficilia intel-
lectu, q̄ indocti ꝛ inſtabiles deprauant, ſicut ꝛ ceteras ſcripturas ad
ſuā ipoꝝ ꝑditōem. Vos igit̄ fratres p̄ſcientes cuſtodite, ne inſipiē-
tum errore traducti, excidatis a ꝓpria firmitate Inſtabilē aūt ꝛ in-
ſipientē Martinū, atqꝫ ideo indoctū ea certe ꝓbarunt, q̄ in ſuis li-
bris nō mō, nō coherētia, ſed maxime diſiuncta atqꝫ ↄtraria ſcrip-
ſit, vt omni dubio ꝓcul tm̄ a Pauli mente aberret quantū a mode-
ſtia, ſapientia, ꝛ ſanitate abeſt. Sed qm̄ data mihi ad dicendū ha-
rena fere tota deſcendit, ne plura diſputē, vnū tm̄ adhuc iſtius cri-
men adducā, in quo illū tam ſupine erraſſe atqꝫ mente nō ſana deſi-
puiſſe videbitis, vt ipm oīno ↄſtringendū eē fateamini. Veruꝫ qꝛ
de vno tm̄ dicturū me ſum ꝓfeſſus, credo equidem me negligentiæ
a pleriſqꝫ accuſatū iri quū ita dicēt. Illū errorem Martini trāſilyt
Illū nō attigit, de illo nihil dixit. Omīb⁹ aūt vobis me excuſatum
velim ſi multos q̄ ad partē iſtā ꝑtinere videbant̄ errores preteri-
ui, ꝓmū ꝙ dies tota q̄ꝫ longa eſt non ſufficeret, ſi de iſtius criminib⁹
ſingillatim potius q̄ꝫ generatim ꝛ vniuerſe loquerer, deinde mlt'a
alijs q̄ ſcribūt reſeruari velim, multa ꝓpter rōnē breuitatis ac tp̄is
p̄termittenda exiſtimē. Ad hoc vnū vltimū attēdatis. Luter⁹ hic
noſter q̄ ſe ita magnū ꝛ Chriſtianum animū habere iactitat, vt nec
mortē ipam timeat, ſic repente pauidus ꝛ formidoloſus effect⁹ eſt,
vt nō minorē pugnā in aīo ſuo q̄ꝫ in ſcriptis ꝛ perpeſſus ſit miſer ꝛ
patiat̄. Nā quū iudices illi diem dixiſſent, vt Romę adeſſet, ſuāqꝫ
cām tueret̄, nō mō parere nō curauit, veꝝ ꝛ iſtos ꝛ aliū ſibi datū in
ꝓuincia iudicē, ignorātię ꝛ inclemētię atqꝫ tyrānidis inſimulare au-
ſus eſt, ꝛ vſqꝫ adeo ſuꝑbiſſime leges ↄtēnere, ac pœnas turpiſſime
formidare cœpit, vt ab oīb⁹ ↄſtitut' iudicib⁹ ꝛ ab ipo etiā Roma-
no pōtifice ad futuꝝ ↄciliuꝫ ꝓuocauerit, q̄ſi ꝓuocatio talis ſctiſſi-
mis legib⁹ ac diuinis primi Epheſini cōcilij decret' ꝓhibita nō fue-
rit. Quærat' rogo (ſi placet) ex Martino, nū aliq̄s ꝓb⁹ vir ī omī
memoria inuēt⁹ ſit, q̄ hoc pacto Conciliū appellarit, Prouocatio
nāqꝫ oīs quū ad ſuꝑiorē faciēda ſit, pōtificiſqꝫ maximi poteſtas in

terris ſupꝛema exiſtat, ↄciliorūqꝫ omniuꝫ auctoꝛitate maioꝛ, quid
aliud erit. Cōcilium appellare, qꝫ velle impune turbulentū eſſe, pꝛ
nitioſum ⁊ ſeditioſum eſſe? Sic omniū illoꝝ quos aliqñ ꝓuocaſſe
legimus exitus docuit. qm̄ ſp̄ heretici vel ſchiſmatici inuenti ſunt.
Verū magis ↄferamus pedeꝫ (vt aiūt) ⁊ ꝓpius accedam⁹. Heus
Martine quāobrem ad ↄciliuꝫ ꝓuocaſti, ſi (vt in illa tua Hecto-
rea diſputatōe Lypſiæ falſo ructabas) Cōciliū plenū ⁊ integrū er-
rare pt? Si ergo piaꝫ ſententiā tuo capiti coꝛnuto ⁊ feroci minime
ↄſentaneā tulerit, atqꝫ icirco errauerit, quē tūc appellabis? Chri-
ſtum ne in cui⁹ vicariū tot furioſiſſimis dimicatōibꝰ inſultaſti? Cu-
ius ſponſaꝫ eccl'iaꝫ in terꝛis abſqꝫ oꝛdine ↄfuſaꝫ, abſqꝫ capite mon
ſtroſam feciſti? Qd ſi fatū illud ⁊ vltimā pœnā, q̄ impꝛobitati, ne-
quitię, ſceleri, furoꝛiqꝫ tuo debita iam inſtat ⁊ appꝛopinquat, ſtatim
infligat, atqꝫ ideo ⁊ Chriſtus ip̄e erret, ad queꝫ tūc ꝓuocabis? Ad
illū (credo) Cacodæmonem q̄ hoc tam ꝓphanū in tuo coꝛde ⁊ cere
bꝛo incendiū ſuſcitauit, ac te furialibꝰ tædis agitat, vꝛget, inſequit
atqꝫ ita (iuſto deo ꝑmittente) excœcat, vt q̄d dicas, ſcribas, agas ve
nō videas, ⁊ idolū Concilij Baſilienſis adoꝛes, mireriſqꝫ ſtultiſſi-
me cur nō ⁊ Thomiſtei idololatre ſint, q̄ de innocētiſſimę atqꝫ depu
ratiſſimę virginis Marię ↄceptu aliter ſentiant, atqꝫ in illa ſyna-
goga aduerſus Chriſtū fremente ⁊ inania meditante ſancitum eſt.
Quāqꝫ vo pꝛincipes mihi certe ꝑſuadeā, vobis iam plane ꝑſpicuū
eſſe ꝙ Luterus minime ſibi ↄſtat. Volo tn̄ efficere vt claritate ipſa
clarius ⁊ lucelucidius hoc videatis. Pij ſecūdi, Julijqꝫ itidē ſecun
di pontificū maximoꝝ decretis ad æternā memoꝛiā, illis oībꝰ qui
a ſummo pontifice ad futurū ↄcilium aliqñ ꝓuocaſſent, tanqꝫ ſce
lerati ſchiſmatis damnatis, aqua ⁊ igni interdictū eſt. At Marti
nus, vt his diris ⁊ execratōibꝰ nō territ⁹, atqꝫ vt diuū ↄtemptoꝛ,
fulmina paruipendens, q̄bꝰ om̄ino eſſet ad pœnas tartareas adi-
gendus, auſus eſt appellare. Sed iniuſte (dicet) fulminatū eſt. Ve
rum tūc etiā atqꝫ etiā iuſto ⁊ inſectoꝛ. None ip̄e populum docuit ⁊
ſcripſit, tametſi iniuſta hm̄ōi ſentētia eſſꝫ, nihil tn̄ deferendū, omit-
tendū, faciendū, dicendū ve, qd illa ꝓhiberet, qn̄ q̄dem ↄtēpt⁹ iſte
oīno aīas ꝑderet. Quare ergo ſuam ipſius aīam perdidit? Quare
ſta ſecum diſſidet ⁊ pugnat? quare aliud ſtans aliud ſedens cenſet?
Quare vir bonus ⁊ eruditus in tot ſceleribꝰ ⁊ repugnantijs haberi
cupit? Poterit ne vnqꝫ ſubterfugere? Poterit tergiuerſari? Pote-
rit hanc maculā delere? Extra ↄmunitatē chriſtianoꝝ ob ſuū rebelle
et obſtinatū caput, ob ſuam ferocitatē, ob ↄtemptos magiſtratus
Martinus Luterus eiect⁹ ē? Quæ igitur iſta viri doctrina? Quę
vitę integritas? Quo pacto nāqꝫ doct⁹ eſt iſte, qui pꝛimū Romanā
eccl'iam nūqꝫ a vera fide vllo ſuo decreto receſſiſſe aſſerit. Deinde et

Pontificē ſummū ⁊ vniuerſale concilīū errare poſſe ⁊ erraviſſe cō
tendit, vt chriſti preces quib⁹ rogauit ne fides Petri deficeret,
caſſas faciat, ⁊ eccl'ie nauim, Gnaro ⁊ induſtrio gubernatore ꝑuet
atq3 hereſum fluctib⁹ obruat? Audet tn̄ impudētiſſime gloriari
ſe tm̄ in ſacris lr̄is verſatū ⁊ exercitatū vt de ſcholaſtici Theolo
gi ſentētia ſine periculo ꝓnūciare poſſit, q̄ ob anguſtias pectoris
ob ægeſtatē animi, ob effrenati inconſtantiā ingenij, Scholaſti-
cę Theologię maieſtatē dereliquerit, quū pati nō poſſet ad breues
Cynoſure orbes, certiſſimas rōnes, gubernari, ſed vagari latius
vellet, errare, ⁊ nihil vnq3 prorſus intelligere. Sed vt Eſaias ait
Sola vexatio intellectū dabit. Ego vero ꝓncipes ⁊ ppl'i germa- Eſaię.xxviij
ni, q̄ aurīū veſtrarū rationē habere volui, in ꝓ̄ſentia fui paulo tē-
peratior fortaſſe q3 debui. Neq3. n. Martinū aut alloq̄, aut doce
re conſtituerā, quū ſapiens dicat. Cū dormiēte loquitur q̄ enar- Eccl'i.xxij
rat ſtulto ſapiētiam ⁊ in fine narrationis dicit. Quis eſt hic? Et
Solomō. In aurib⁹ inſipientiū ne loquaris, quia deſpicient do-
ctrinā eloquij tui. Qđ ſi cū illo luctari ⁊ cōgredi vellem, nō iſto Prouer.xxiij
orationis filo, ſed cathenis vterer, illiſq3 tonitruis ⁊ fulminibus
quæ furioſo ⁊ extra Chriſtianoꝝ cœtū pulſo accōmodata viderē-
tur. Sed iam ſatis multa de cauſa ⁊ extra cauſam etiā nimis for-
taſſe multa. Quid reſtat? niſi vt ad extremū tragœdię Martinia-
nę actū, principes, populos atq3 oēs nationes clamem, poſtulē,
obſecrem, adſint, cognoſcant, animaduertant, quo tandē religio,
pietas, fideſq3 dilabātur, ſi hac Luteri molitione, his machinis,
hāc nouā eccleſiam Chriſtianę libertatꝭ ędificari aliqn̄ finxerim⁹
ſi nos oēs architecto iſti furioſo ad pūctū tēporis in iſta cōmenti-
cia fabricatione obedire ac miniſtrare cogitem⁹. Age vero ponti-
ficem Maximū, Epiſcopos, minoreſq3 Sacerdotes, iure Diui-
no æquales eſſe, nullaq3 ſeiungi differentia putemus, qđ tota ſua
fabula Martinus efficere conatus eſt, Quę tūc (obſecro) Eccle
ſie ſtructura? Quę pulcherrimi corpis diſpoſitio? Que formæ il
lius admirabilitas, quā in cāticis, ita chriſtus extollit Quā pul
chra es amica mea, q3 pulchra es. Quam pulchra es ⁊ q3 decora Canti.xlvij
chariſſima in delitijs. Nā ſi mēbroꝝ diſtinctionē ordinēq3 ſuſtule
leris vbi Corporis ſpecies ⁊ pulchritudo? Corpus enim, vt Pau
lus docet, nō eſt vnū mēbrū, ſed multa. Si totū q̄dē corp⁹ eſſet Primæ ad
oculus, vbi auditus? Si totū auditus, vbi odoratus. Poſuit au Corin.xij
tem Chriſtus in eccl'ia primū apoſtolos, ſcđo ꝓphetas, tertio do
ctores, ⁊ exinde ordinatiſſime multa alia mēbra. Sed nunquid
oēs Apoſtoli? Nūquid oēs ꝓphetę? Nunquid oēs doctores? Ita
plane cenſet Luterus, O Paule Sanctiſſime. Nā qui ſe autho-
ritate aplica doctorē gloriatur, alterūq3 Danielē ꝓphetā exiſtima

ri gaudet, ſe itidē ep̄is. Apoſtolis, ꝛ ipſi Petro parē facere nō eru
beſcit, vt quū Petr⁹ apud ipſum eccl'ie caput nō ſit, ſed cū alijs ſa
cerdotib⁹, collū, aut oculus, aut manus, eccl'iam totā collū, totā
oculū, totā manū faciat, vel multiplex collū, cētū oculos, totidē
q̄ʒ manus illi tribuat. Neq̄ʒ ꝟo aſſerere dubitabit ſe eundē ipſum,
ouē, arietē, paſtorēq̄ʒ eſſe, nō intereſſe Petri ſolius oēs oues paſce
re ꝛ corrigere, ſed Petrū etiā ab oib⁹ paſcēdū ꝛ corrigēdū, iāq̄ʒ
intueri licere, Paſtorē ab ariete doceri, dictione ꝓuari, ad cōciliū
vocari. Adde ꝙ ſi de religione, de cerimonijs de fide Queſtio tra
ctanda, atq̄ʒ explicāda occurrat, ęquales ſibi Luterus ptes in de
finienda veritate tribuit, his quas Petr⁹ apl'orūq̄ʒ ſenatus obti
net, vt nihil vnq̄ʒ certi habeam⁹ Nulli poſtremo certo ꝑncipi, iu
diciū exercere, ſniam dicere, lites dirimere, leges ꝓmulgare con
cedit, ſed oīa ad oēs ęque pertinere cōtendit, atq̄ʒ tū demū nihil
penſi habet dū ſuis de ceruicib⁹ oēm dn̄m excutiat, malos oēs et
ſceleratos viros terroribus liberet, atq̄ʒ in turpiſſimā libertatem
vēdicet. Qđ chaos vnq̄ʒ cōfuſius? Qđ monſtroſum monſtroſi⁹?
Uidete, videte oēs Chriſtiani ppl'i, q̄ religionē ꝛ fidē nr̄am Lute
rus trahat. Chriſtus cœleſtiū ordinū inſt ır eccl'iam ſuā vt ciuita
tē ędificat, vt pulcherrimā ſpōſam format. Paul⁹ ꝛ ſacræ oēs lr̄æ
teſtant̄. Boni oēs cōſentiūt. At Martin⁹ bonos oēs deridens,
Paulū ꝛ Sanctas leges cōculcans, Chriſtū cōtemnēs, inſtar cō
fuſionis tartareæ, vbi null⁹ eſt ordo, Eccl'iam effingere nititur, ꝛ
ꝓ formoſiſſimo ſponſę corpore, horrēdū ſtridētem Hydram, aut
flāmas euomētē chimerā vel Cētimanū Briareū, ſeu qđcūq̄ʒ aliđ
inferni portētū Chriſtianis offert. Heu tm̄ ꝓhibete nephas pietiſ
ſimi principes, Heu tm̄ terris auertite peſtem numina potētiſſi
ma. Te Te igit̄ O deus Opt. Max. q̄ olim Choren, Dathanū,
ꝛ Abironē ſeditioſos viros, q̇ ſub ſimulatione officij populariſq̄ʒ
libertatis cōſeruādę, Moſen ꝛ Aaronē tyrānidis accuſabāt, apti
ſoli voragine, viuos ad tartara detruſiſti, quiq̄ʒ Martinū luterū
vides hoꝝ exēplo ad Regalis ſacerdotij ꝛ pōtificij principat⁹ au
thoritatē īminuendā ſceleratiſſime conari Teq̄ʒ benigniſſime ꝛ cle
mentiſſime hūani generis ſoſpitator Chriſte Jeſu cui⁹ pulcherri
mā ꝛ chariſſimam ſpōſam eccl'iam id ē iſte, quū magiſtrat⁹ abdi
cando, tū ordines auferēdo ꝛ cōcilia reſcindēdo, ꝑturbare, cōfun
dere ꝛ vaſtare cōtendit, Teq̄ʒ ſctiſſima ꝟgo ꝛ mater dei cuius lau
des ꝛ gl'iam Baſilienſis latrocinij maculis inquinare non timuit
Uoſq̄ʒ btiſſimi apl'i Petre ꝛ Paule, quoꝝ iſte Romanū Thronū
antiquū ꝛ illuſtriſſimū gl'ioſiſſimo veſtro ſanguine ac tutela inui
ctiſſima triūphantē, oib⁹ alijs ſedib⁹ dignitate excellere audaciſ
ſime ꝛ falſiſſime negat. Teq̄ʒ diue Leo pōtificeſq̄ʒ alij q̄ iā cœlum

īcolitis, ⁊ vos veſtraqꝫ oracula ab iſto furioſo peſſuꝫ dari cogno
ſcitis, Teqꝫ O cherubicarū vndarum fons inexhauſte Aquinas
Thoma, cuius iſte flumē Doctrine aureū ſordidiſſimis irriſioni
bus ⁊ ſtultiſſimis vituperationibꝫ inſolētiſſime faſtidit, Uos ēt
atqꝫ etiā īploro atqꝫ appello ſctīſſima numina, q̄ patrie mee Ger
manie preſidetis, Ceteros itē Diuos Diuaſqꝫ oēs, oro, expoſco ⁊
obteſtor, q̄ꝛ iſte tēplis ac religionibꝰ ſacrilegū bellū ſemꝑ habet
indictū, dū indulgētias euertit ⁊ nulla eſſe veſtra merita in eccl̄ie
theſauris affirmat, vt quū Luterꝰ nobilitatis Germanice expers
Philoſophieqꝫ ⁊ ſacrarū litterarū ignarus, atqꝫ ſecū ipſe diſcor
dans, ea ſcripſerit, q̄ ad labefactandū Chriſtiane reipublice ſtatū
nephario q̄dā furore ⁊ audacia tendūt, Uos ꝑmū ab illoꝝ mētibꝰ
q̄ facile decipi poſſent, tātā molē mali depellatis, integramqꝫ in
patria mea Germania Chriſtiani noīs gl̄iam cōſeruetis, Deinde
Martino ſi in via dei ambulare ⁊ cōmutata ſentētia, meliorē vo
luerit mentē ſuſcipere, ꝑſidio ſitis ⁊ alleuamento, vt cū pace ī ter
ra habitet, Si vero inſanabilē ſe ꝑſtiterit, eiuſmodi ſcelere atqꝫ ꝑ
tinacia dignꝰ eū exitꝰ veſtro iudicio cōſequatur, vt poſthac ī trā
quillo eccl̄ie ſtatu ſecurioēs dormiant ⁊ requieſcant, ac tandē pē
nis colūbe argenteis auriqꝫ pallore nitentibus ad vos conuolēt,
Diuinoqꝫ nectare fruantur ⁊ letitia ſempiterna.

FINIS

Colonie. M.D.XX. Menſe Nouēbri
Petrus Quētel excudebat.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

tula ab iſto furioſo peſſũz dari cogno
vndarum fons inexhauſte Aquinas
ctrinę aureũ ſordidiſſimis irriſioni/
onibꝰ inſolẽtiſſime faſtidit, Uos ẽt
ſciſſima numina, q̃ patrię meę Ger/
ę Diuos Diuaſq3 ocis, oro, expoſco τ
giõibꝰ ſacrilegũ bellũ ſemp̱ habet
tit τ nulla eſſe veſtra merita in eccľie
uterꝰ nobilitatis Germanicę expers
terarũ ignarus, atq3 ſecũ ipſe diſco/
actandũ Chriſtianę reipublicæ ſtatũ
a tendũt, Uos p̃mũ ab illoꝝ mẽtibꝰ
olẽ mali depellatis, integramq3 in
tiani nõis gl'iam cõſeruetis, Deinde
are τ cõmutata ſentẽtia, meliorẽ vo/
ſitis τ alleuamento, vt cũ pace ĩ ter/
ſe p̄ſtiterit, eiuſmodi ſcelere atq3 p̱/
idicio cõſequatur, vt poſthac ĩ trã/
ormiant τ requieſcant, ac tandẽ pẽ/
lloꝛe nitentibus ad vos conuolẽt,
ętitia ſempiterna.

N I S

X. Menſe Nouẽbri
ẽtel excudebat.